

Bibliothèque numérique

medic@

**Chrétien, Claude - candidat /
Vacherot, Jean - président. - An Pestis
à putredine ?**

1629.

Paris

Cote : ms 75 n°739

QVÆSTIO MEDICA

QVOD LIBETARIIS DISPUTATIONIBVS

MANE DISCVTIENDA IN SCHOLIS MEDICORVM.

DIE IOVIS XXII. MENSIS NOVEMBRIS,

M. IOANNE VACHEROT Doctore Medico Moderatore.

An Pēstis à putredine ?

739



PESTIS viuentium lues, naturæ tamen vniuersalis delicia, humanæ rei comodo interdum expetenda, vnicuique licet fugienda, cordi vt proprio subiecto infidet : estque morbus acutus, epidemius, contagiosus, calorem natium spiritusque astatim dissipans & omnis generis symptomata deteriora inducens, quibus citissime plures ingulat. Varia est in hominibus & brutis, vna tamen. Se prodit febre continua, exanthematibus, anthracibus ex tumore & vlcere complicatis, bubone, in inguine præsertim sinistro sæpè quàm in axillis, aut ponè aures periculosiore, vomitu, diarrhœa, in peste tantum contagiosa, syncope, summo capitis dolore, siccis, hæmorrhagiâ vt plurimum inutili. Horum nullum cum peste reciprocatur, possunt enim abesse, manente peste eloncia, per contagij aptitudinem designata. Hyeme carbonēs & exanthemata rariora, frequens bubo. Febris, pestis cum rigore semper inuadenti, coniuncta, diuina quàm bubone oniri nemo dixerit, humoralis & hæctice differentias sortitur : spiritibus, humoribus solidaque cordis substantia putredine affectis.



CVSÆ pestis sunt internæ vel externæ. Internæ plethora, cacochymia, obstructio. Externæ aut substantiâ suâ corruptæ, humido præpollens calore putridisq; permixtus vaporibus, aqua, terra, mineralia, contagium, aultrina præcipue tempestas. vt putredinis sic pestis genuina parens. Ex ventis solus Austro pestem producit, at non vbique. Cometa pestem quam non inducunt, indicant. Incipit & plerumque per ingentes anni æstus & siccitates, mediante semper putredine : per inadias maximè exacerbat. Huius humoralis febre stipata causa coniuncta atra bilis est, vel humor melancholicus putrescens : hinc carbunculi ex atra bile exquisita semper lethales. Pestem imaginatio nuda nec producit nec fouet. Cerebrò adest cerebro & iecore intra sanitatis limites constitutus, sanguine venoso laudabili existente, nec per arterias febrili calore dissipato.



KNOTVM absque putredine contagium, pestem quam nulla sequuntur symptomata à putredinis ratione aliena, perpetuò comitatur. Putredo ad negacium licet terminum tendens, actionem caloris externi posituum includit, variatque tùm fatione humidis, tùm caloris sortitur differentias, ex victoriâ aut casu naturæ distinguendas : hanc, igne terræque exceptis, quævis experiuntur : potestque in corpore tanta generari, vt pestem etiam ad membrorum diuersasque membra producat. Inducitur frequenter in elementatis corruptione, cerebrâ rubigine, insectorum maiore, quàm ex more sit, copia, carniūcitiâ putredine. Pestem facilitat omnem excipientem morbum, vlcibus & scabie sciantes, semel affecti, assueti negligunt : contra vero cacochymia, oriofi, facile sudantes, grauidæ, virgines suppressis mensibus, tristes, meticulosi præsertim calidi simul & humidis iure perimefcunt. Sanguinei citius, melancholici tardius, iuuenes cerebrò, senes rarissimè & minore cum periculo afficiuntur. Æstas viris quàm mulieribus infensior.



CONTAGIVM morbosum (sanitati quippe suam non denegamus) causa morbi existens, eundem specie morbum mediante sui subiecti locali motu, putredinem inducendo, per se aptum est producere. Huius subiectum humorale est vel spirituosum, expiratione transpirationeque emissum; verumque non calore tantum humido, sed ipsa putredine exitiale. Sit illud tenue, glutinosum, tenax, calore per tinaciū instructum, putre : quippe quod penetret, adhæreat, vrat, corrumpat. E putrido sanguine putris vapor sanguinem facilius, quàm quoduis aliud humorum genus, corrumpit : sic ex multis ægro alantibus vniciū interdum contagij vires experitur : sic et quidam delusi à peste contagium semouere non dubitarunt. Incipiens vni regioni lues, longè cessante deterior, suaque percutit tempora. Quæ meatibus carent manifestis, fomites non censendi, sed quæ omni exuperante qualitate destituta, subiectum contagij diu possunt seruire. Afficit fomēs & afficiunt tactu, respiratione, vtroque : huius rationem peste non affecti sapius induunt.



KN PESTE, quâ cessante, multâ putredine exurgunt morbi sporadici, vniis non fidendum, omnisque est prognos in certissima. Qui prima inuasiōe melius se habent, hi citius certiusque interire solent. Vomitus flauorum, viridum, nigrorum, morbum non tollit : nullusque exanthematis apparentibus vquam contrahit. Imprimis corpus siccetur, dein excrementa præsertim humida vacuentur, vires seruentur : putredo vno verbo absens arceatur, præfens corrigatur. Ab alexipharmacis, quâ siccâ, non abstinemus : cardiaca, si calida sint, proferimus. Phlebotomia, sed ad prophylacem, multum tribuimus. Morbi initio sudorifica mitiora tutissima, narcotica fugienda esse asserimus. In bubone, qui sæpius ante, simul & post febres prognosens nullo discrimine apparet, pyroica vesicatoriaque statim vtiliter apponimus : nec est materiei pepasini nullo modo capacis expectanda coctio, vt nec ad catharsim in internis humoribus : cum hic, si vquam alibi, vt à pēstis tria quædamque signa oportere censuimus.

Ergo Pēstis à Putredine. 153.

Proponebat Lutetiæ CLAVDIVS CHRISTIANVS Parisinus, A. R. S. H. M. DC. XXIX.

DOMINI DOCTORES DISPUTATVRI.

M. Sebastiani Rainfant.
M. Petrus Guenault.
M. Nicolaus Brayer.

M. Cyprinus Hubault.
M. Guido Patin.
M. Iacobi Theuari.

M. Andreas du Chemin.
M. Georgius Arban.
M. Carolus Bouvard, Prim. Christ. Regis Medicus.



*Super hoc præfatione
in lege de supradictis præfatione
de illa qua Galenus
scripsit p. 148.*